

gratia parentis, sed tamen populus eum agnoscit
filium Regis.

§. XXI.

V. IO. II.

V. IO. Ἐκ τῆ αὐτῆ σόματος ἐξέρχεται εὐλογία καὶ κατά-
ρα· ἔχρη ἀδελφοί μου, ταῦτα ἔτω γίνεσθαι. V. II.
μήτι ἡ πηγὴ ἐκ τῆς αὐτῆς ὁπῆς βρῦει τὸ γλυκὺ καὶ τὸ
πικρὸν.

V. IO. Ἐκ τῆ αὐτῆ σόματος ἐξέρχεται) Simili dictione uti-
tur Christus Matth. XV, 18. εὐλογία) erga Deum. καὶ
καταρα) erga homines. Post καταρα signum interroga-
tionis ponit Oecumenius, quem & BENSONIVS secutus est
in *Paraphrasi*; & auget hoc sane δεινότητα sermo-
nis, æque ac v. II. & 12. Sed nulla tamen necessi-
tas adest, interpunctionem mutandi. ἔχρη, ἀδελφοί μου,
ταῦτα ἔτω γίνεσθαι. I.) ἔχρη significat, non oportet,
quod per Litoten hic dicitur, nam sensus hic est:
adeo non oportet ita fieri, ut potius aliter fieri & possit
& debeat; Homines putant, fieri non posse, quin quan-
doque maledictum exeat ore, imo nonnumquam ju-
ste id fieri, seu fieri debere, huic ergo opinioni con-
tradicit Apostolus; vid. similis locutio Matth. XX, 26.
Luc. XXII, 26. 2) ἀδελφοί μου) iterum, ut v. I. Ja-
cobus blanda hac compellatione mitigat severitatem
reprehensionis. 3) ταῦτα ἔτω γίνεσθαι vel sic exponi
potest: hæc, scil. ut ex uno ore bona profluant &
mala, sic fieri, uti apud vos fieri cum dolore perce-
pi, vel h. m. hæc bona, sic admixtis malis, ita BEN-

M

GE.

GELIVS. V. II. Μῆτι ἢ πηγῆ) Argumentatur Apostolus ab absurdo *sec. naturam*, ad absurdum *in moribus*. Μῆτι uterque Vulgatus presse reddit: *numquid?* πηγῆ est *fons*, cui in *apodosi*, quæ subaudienda est, respondet *cor*. Ἐκ τῆς αὐτῆς ὀπῆς) ex eodem *foramine*, nam *ex diversis* id fieri ab uno eodemque fonte, paradoxum quidem est, sed non absurdum, vid. GROTIUS *ad h. l.* τῆ ὀπῆ in *apodosi* respondet *os*. Hebr. XI, 38. ὀπῆ denotat *cavernulam*, in oppos. ad σπηλαιον, quod est *caverna* seu *spelunca*, illa major & capacior. βρῦν) verbum hoc & *neutraliter* significat, & *active*, uti hic, æque ac latina, *scaturio*, *ebullio*. το γλυκυ και το πικρον;) Vulgo subaudiunt ὕδωρ sed, BENGELIO iudice, utrumque epitheton habet vim *substantivi*, ut *Süßes und Bitteres* idem sit, quod *Süßigkeit und Bitterkeit*. Habet hæc observatio usum suum in *dijudicanda* Lect. var. versus seq. 2) Vix perspicias, quare Vulgatus antiquus γλυκυ verterit *dulcem*, sc. aquam, πικρον vero *neutraliter*, *salmacidum*, de qua voce videatur GESNERI *Thef. sub h. v. & Ill. MICHAELIS ad h. l.* 3) voce πικρον BENSONIUS alludi putat ad *aquam amaram*, quæ emblemata fuerit *maledictionis* & *dirarum* Num. V, 19. adplaudente etiam *Annotatore*, qui in hoc uno ab eo discedit, quod מֵי הַמְּרִים c. l. non vertendum censeat per *aquas maledictionum*, quia execrationes ipsæ, ex amaro profectæ animo, מֵי מְרִים hebræis audiant Num. V, 24. Hiob. III, 5. Sed minus nobis verisimile videtur, Apostolum eò respexisse; *Ex natura* potius, *cuius obvia*, hic argumentatur, uti &

& v. seq. 4) Exempla de fontibus, diversas aquas bul-
 lientibus, quæ ex variis historiæ naturalis scriptoribus
 proferuntur a POLO in Syn. BROCHMANDO, WOL-
 FIO, vel revera effato Apostoli non sunt contraria,
 quia diversæ istæ aquæ, sive non *ex eodem fonte*, sive non
per idem foramen, emanant, quod utrumque Apostolus
 supponit, vel tanquam *extraordinaria*, & quædam
 quasi aberrationes naturæ, Apostolo, de eo, quod *or-*
dinarie fit, loquenti, non possunt opponi.

§. XXII.

V. 12.

Μὴ δύναται, ἀδελφοί μου, συκὴ ἐλαίας ποιῆσαι, ἢ
 ἀμπελος σύκα; ἔτιως ἐδεμία πηγὴ ἀλυκὸν καὶ γλυκὺ ποι-
 ῆσαι ὕδωρ.

Ἀδελφοί μου) Hoc alloquium etiam hic index est
transitionis ab uno ad aliud; Dixerat Apostolus v. 11.
 ex uno principio non debere proficisci duo contraria,
 nunc ait, ex quolibet principio non nisi id, quod suæ
 speciei sit, provenire posse. *μη δύναται*) num potest?
 scil. ordine naturæ; nam insitionis *artificio* fieri posse,
 ut eadem arbor ferat diversæ speciei fructus, haud
 negare voluit Apostolus. *συκὴ ἐλαίας ποιῆσαι, ἢ ἀμπε-*
λος σύκα;) 1) ἐλαίας LVTH. vertit Oel, sed ἐλαιον signi-
 ficat oleum, ἐλαια vero, aut oleam, Oelhai m, ut Rom.
 XI, 17. 24. aut olivam, fructum oleæ, ut hoc loco. ἐλαίας,
 quod verus Itala recte olivas vertit, Hieronymiana,
 emendatione satis infelici, reddidit uvas, sine dubio,
 ut eo concinnius respondeat antitheton. ἢ ἀμπελος σύκα.

2) Phrasin καρπὸς ποιεῖν pro Φερεῖν, Ebraismum esse,

M 2

VOR.